

III C

*La Translation des saintes Reliques de la Passion
dans la basilique de Notre-Dame d'Aix en Allemagne.*

Extrait du *Vieux Manuscrit de Saint-Denis*, publié par D. Doublet.

Rex Karolus legatos regios per totum pene orbem terrarum destinavit, ut omnes, in idibus mensis junii, Aquisgrani convenienterent, ad adorandum sacrosanctas reliquias, quas de Constantinopoli attulerat.

Inter illas habebatur de spinis coronae Domini octo spinae cum roboris parte ubi fuerant infixae, unus de clavis Domini, et de cruce ejus unum frustum, *Sudarium Domini*, camisia beatæ virginis Mariae, Matris Christi, fascia etiam quæ corpus Domini strinxit et in praesepio ligavit, brachium quoque sancti Simeonis, cum multis aliis sacrosanctis reliquiis.

Sanxit autem summus pontifex Leo, necnon inclytus rex Karolus magnus, tum etiam archiepiscopi, episcopi, abbates, aliique ecclesiasticae dignitatis quamplures sanxerunt et confirmaverunt indictum et indulgentiam indicti, ut omnes, qui ad visitandas ac venerandas istas sacrosanctas reliquias accederent, remedium ac veniam delictorum suorum acciperent, dummodo pure peccata sua confessi fuissent.

Haec sunt vero nomina praelatorum :

Praedictus Leo papa, Turpinus archiepiscopus Rhemensis, Johannes archiepiscopus Lugdunensis, Arnulphus archiepiscopus Turonensis, Haimbertus, archiepiscopus Senonensis, Gosbertus archiepiscopus Bituricensis, Grimoldus archiepiscopus Rothomagensis.

Macharius Belvacensis episcopus, Justinus Laudunensis, Formondus Leodii, Robertus Suessionensis, Guibertus Sainctionensis, Gilbertus Aurelianensis, Johannes Abrincensis, Gaufredus Noviomensis, Israel Metensis, Radulfus Cameracensis, Gosbertus Trecarum, Richardus Ambianensis, Tothaedus Flandriae praesul, Gervinus Papiae, Eusebius Babiloniae, Achilles Alexandriae, Theophilus Antiochiae. Stephanus Augustae, Petrus Mediolani, Ursus, Ravennae, Theodorus Pentapolis Lybiae, Antoninus Placentiae, Torpes Pisanae, Desiderius Lingonis, Lichnius Andegavensis *qui supra corpus eujusdam mortui Sudarium Domini posuit et revixit*,

Philippus Coloniae, Fortunatus Valentiae archidiaconus, Luppoinus ejusdem civitatis episcopus, Pontianus Arelatensis, Nicolaus Viennae et Suldanus ejus archidiaconus, Natius Tholosanae, Anconius Viridunensis, Macharius Vultrectri et Anconius ejus archidiaconus, Severinus Pictaviae, Sergius Cabiloniae, Raboldus Liquedonensis, Ranbaldus Marsiliae, Rigomerus Meldis episcopi.

Nec non Fulradus abbas sancti Dionisii in Francia, Florianus abbas Montis Cassini, Suppicinus Ludgunensis territorii, Petrus Laudunensis pagi, Sergius Remensis pagi, Johannes Cabillonensis territorii, Petrus Nivellae, Albertus sancti Quintini de monte, itemque abbas sancti Quintini in Insula, Johannes Carbonellus Liquedonensis, omnes abbates. Spectius archidiaconus Liquedonensis, Felix presbiter Valentiae, Piguenius Luniae archidiaconus, Rabodus sancti Praejecti atque Guido ejusdem sancti Quintini decanus.

Hii omnes subscripterunt indictio et indulgentiae indicti, et per unum mensem ac tres dies ad populi utilitatem sacrosanctas reliquias praescriptas servaverunt extractas. Postea vero abierunt omnes in regiones suas.

Inclitus autem rex Karolus magnus eas in memorata capella decentissime reposuit et quandiu vixit continuavit indictum.

Quod quidem indictum cum magna parte reliquiarum praedicatorum Karolus Calvus rex atque imperator (filii sui Ludovici regis ac imperatoris filius) ad ecclesiam sancti Dionisii Franciae peculiaris patroni postmodum transtulit.

D. DOUBLET. *Histoire de l'abbaye de Saint-Denis*, t. II, p. 1209. —
D. GILLESON. *Mémoires. Bibl. nat.*, ms. franc. 19841, f° 93.
